



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

CXX. Markgraf Woldemar bestätigt, einen zwischen dem Pfarrer und dem Rathe zu Gardelegen in Betreff der Zehntpflichtigkeit der Bürger dieser Stadt getroffenen Vergleich, am 7. Mai 1309.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

nostri Marchionis Ottonis et nostre eciam Ciuitatis sigilli munimine roboratas. Actum et Datum Anno Domini M. CCC. VI°. Nonas May VI°. Gardeleghe.

Nach dem Originale im Card. Rathearchiue.

CXX. Markgraf Woldemar bestätigt einen zwischen dem Pfarrer und dem Rathe zu Gardelegen in Betreff der Zehntpflichtigkeit der Bürger dieser Stadt getroffenen Vergleich, am 7. Mai 1309.

In nomine domini amen Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et Landesberghe Marchio, Tutorque Incliti principis Marchionis Johannis, Salutem omnibus in perpetuum. Ad noticiam singulorum Cupimus peruenire, Quod inter dilectum nostrum Capellanum petrum, plebanum in Gardeleghe, ex vna parte et inter dilectos burgenfes nostros discretos viros eiusdem ciuitatis parte ex altera, super fructibus decimarum eidem plebano et suis successoribus persoluedis diuino iure pariter et humano, nostro interueniente consensu, conuencio seu amicabile composicio est hinc inde placitata, talis videlicet, Quod dicte ciuitatis consules, qui presunt pro tempore, pro decimarum fructibus magnis et minutis, singulis annis In die beati Martini vel sequenti, quatuordecim talenta, scilicet denariorum brandenburgensium et datiuorum, et in die sancte walburgis quatuor talenta denariorum eorundem, plebano soluere tenebuntur, nisi impedimento legitimo videlicet absentie consulum excusante ipsa persolutio retardetur, Tunc in octaua festi predicti nominata pecunia a prefatis consulibus persoluetur, Occasione amputata et dilacione qualibet postposita et remota. Preterea propter defectum frugum siue percussione grandinis siue cuiuscunque euentus dicti consules a dicte pecunie persolucione nullatenus excusabuntur. Insuper si quid, quod non speratur, negligenter est pretermisum, aut maliciose detentum a predecessoribus burgenfium predictorum in persoluedis decimis, pro eo in restaurum deo et ecclesie de agris suis in districtu eiusdem ciuitatis vnum opus aratri, quod plochwerck a vulgo ibidem dicitur, de propriis denariis compararunt, cuius proprietatem nos vna cum burgenfibus eidem ecclesie contulimus et donauimus, perpetuis temporibus possidendam. Item plebanus vel sui successores ad tenendum bouem et aprum nullo amplius in tempore Ciuitati erunt quodammodo obligati. Ista duntaxat condicione adiecta, Quod si dicti consules vel eorum successores tedio aut malicia affecti, quod absit, plebano nominatam pecuniam soluere forsitan denegarent, Ne sic plebanus immo deus sua parte defraudaretur, Tunc idem plebanus, qui illo preest pro tempore, ad primum suum jus, ad fructus videlicet decimarum percipiendas, sicut prius, plenam et liberam facultatem habeat redeundi, et predictum opus aratri cum pecunia supradicta e conuerso ad burgenfes libere reuertetur. Alioquin ista durante condicione neuter parcium nullo in tempore hanc composicionem rite et racionabiliter factam, nec possit nec audeat violare, presertim cum istam composicionem, matura deliberacione iunitam et acceptatam, volumus esse ratam et perpetuam, sicut eam Reuerendus in cristo et dominus albertus, halberstadenfis ecclesie episcopus, noster dilectus auunculus, auctoritate sua propter bonum pacis et amicicie in nomine patris et filii et sancti spiritus confirmauit, voluntate domini alberti de tunderfleue dicti, tunc temporis Archidiaconi banni balsamie plenarie accedente. Itaque eandem Testibus preordinatis uidelicet Domini Nicolay de Buk et domini droyfekone Dapiferis et quampluribus aliis omnimoda (sic) fidedignis nostri Sigilli roborauimus munimento. In huius rei Euidenciam firmiorem,

Data et acta sunt hec anno ab incarnatione domini Millefimo Tricentesimo nono, feria quarta post benedicta (sic).

Nach dem Originale im St. Nicolai-Archive der K. Universität in Breslau.

CXXI. Vergleich zwischen dem Rathe der Stadt Gardelegen und dem Pfarrer über die Verwandelung der Natural-Erhebung der Zehnten in eine bestimmte Geldabgabe, vom 26. Mai 1309.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos consules ciuitatis Gradeleghe (sic) Omnibus hanc litteram cernentibus Imperpetuum. Acta Sollemniter delet obliuio, Nisi tunc ydoneorum testimonio vel litterarum stabilita fuerint munimento. Nosse jgitur presentes volumus posteros nec latere, Quod ex vniformi beneplacito et concordi scilicet venerabilis patris nostri Al. Halberstadensis Ecclesie episcopi et Domini nostri Marchionis woldemari, Incliti principis de brandenburg, conuentionem seu compositionem fecimus cum honorabili viro Magistro petro plebano nostro, conformantes nos inuicem rationabiliter et amice Super fructibus decimarum eidem plebano nostro et suis successoribus persoluendis diuino jure pariter et humano, Hoc modo videlicet, quod pro decimarum fructibus magnis et minutis Singulis annis in die beati Martini vel sequenti Quatuordecim talenta scilicet denariorum brand. datuorum et in die Sancte walburgis quatuor talenta denariorum eorundem plebano nostro commode persoluemus, Nisi impedimento legitimo videlicet nostre absentie excusante. Tunc in octaua festi predicti a nobis nominata pecunia persoluetur etc. (Das Uebrige gleichlautend mit der Urkunde des Markgrafen Woldemar mutatis mutandis) Sic etiam Sigillum ciuitatis gradeleghe in huius rei euidenciam et robur perpetuum presentibus inde confectis duximus appendendum. Datum Anno ab incarnatione domini Millefimo Trecentesimo nono, feria secunda proxima post octauas pentecostes.

Nach dem Originale im St. Nicolai-Archive der K. Universität in Breslau.

CXXII. Bischof Albert von Halberstadt bestätigt die Uebereinkunft, welche zwischen der Stadt und der Pfarre zu Gardelegen über die Zehnthebung geschlossen ist, am 26. Mai 1309.

In nomine domini amen. Nos A. dei gratia Haluerstadenensis Ecclesie Episcopus salutem omnibus in perpetuum. Ad notitiam singulorum cupimus deuenire, Quod inter dilectum nostrum filium Petrum plebanum in Gradeleghe ex vna parte et inter dilectos Burgenses discretos viros eiusdem Ciuitatis parte ex altera super fructibus decimarum eidem plebano et suis successoribus persoluendis diuino jure pariter et humano, nostro interueniente consensu conventio seu amicabilis compositio est hinc inde placitata, Talis videlicet (wörtlich, wie in dem Documente vom 7. Mai). Et eam auctoritate qua fungimur propter bonum pacis et amicitie In nomine patris et filii et sancti spiritus confirmamus voluntate antedicti principis marchionis Woldemari, nostri auunculi dilecti, et domini alberti de Tundersleue, tunc temporis Archidiaconi Banni Balsamie, consensu pariter accedente. In huius rei euidens et perpetuum testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Bruk oschersleue, Anno domini Millefimo ducentesimo tricentesimo (sic) nono, feria secunda proxima post Octauas Pentecostes.

Nach 2 Originalausfertigungen, deren eine sich im Universitäts-Archive in Breslau, die andere im Stadt-Archive zu Gardelegen befindet.